

Folium. x.

quatenus omnes et singuli huiusmodi altarium rectores ipsorum altaria dudum fundata et nondum confirmata infra duos menses a datis presentium et eis facta notificatione. Altaria vero in futurum fundanda et dotanda infra spacium sex mensium a die fundationis incipiendo confirmari procurent. Alioquin ipsis terminis lapsis in huiusmodi altaribus celebrationem interdiciamus diuinorum . arcus contra rectores negligentes processuri.

De cimiterijs et fructibus in eis de crescentibus.

Quia cimiteria ecclesiarum ubi fidelium corpora ex quibus multi sine dubio celestes possident et inhabitant mansiones in licito honore non seruari percepiamus. Igitur vniuersis et singulis nostre diocesis curatis presbiteris precipimus. quatenus plebanos suos ac custodes ecclesiarum suarum publice in ambone requirant et amoneant subque pena obedientie precipiant. ne deinceps equos. porcos. aut pecora quecumque. exceptis volatilibus in cimiterijs pascant. neque hoc familiam suam facere permittant quouis modo. Alioquin contrarium facientes se nouerint grauius puniendos.

Sicem sicut predecessores nostri constituerunt ut gramina et arbores cum fructibus eorum in cimiterijs crescentes nulli nisi plebano in usum cedere debeant. Ita nos presentibus. id idem sic fieri demandamus. et statuimus.